

QK. 531, II.

B. M. II.

11.631

II b
153

כְּתוּב

וּשְׁמֵי שָׁמַיִם

scu

D E

DIALECTIS EBRÆORUM PURIS,

DISSERTATIO I. GENERALIS,

Quam

Indultu Amplissimi Ordinis Philosophici,
in Academia Lipsiensi,

Ad D. XVI. April. A. C. MDCCXII.

ulteriori *συμφιλογόγτων δοκιμασία*

subjicit

M. JOHANN. DANIEL KIESLING,

GRAIZ, VARISC.

RESPONDENTE

JO. GEORG. BAUSE, ERNSTRODA-THURING.

SS. Theol. Stud.

H. L. Q. C.

L I P S I Æ ,

Literis BRANDENBURGERIANIS.



1788, 218

1788, 218

DIALLECTIS
ERRATA

PARIS


DISSECTIO A GERNARDIS

In Academia Regia
in Academia Regia

MDCCCLXXXVIII

M. JOHANN DANIEL KEESLING

in Officina Typographica





PRÆFATIO

AD
L. B.



*Æ*xigua sunt, que prima hac vice Tibi offero, præcipue cum Sectionem II. majoris ponderis adhuc retinuerim. In priori hac Sectione illud nobis potissimum cura fuit, ut Cap. I. Existentiam & Causas, C. II. Divisionem, C. III. Methodum, & C. IV. Utilitates Dialectorum cognitarum pertraheremus, atque necessariis exemplis probaremus. Prægestum hic suppeditasse sufficiet, quem uberioribus meditationibus, DEO juvante, imposterum adimplebimus, si ad palatum sint. Id saltem summe doleo & conqueror, quod ditissimum huncce thesaurum modulo ingenioli mei, prout par erat, exhaurire non potuerim; Sed recordor antiquiorum Rabbiorum moniti: במקום שאין אנשים השתור להוות איש i. e. In loco, ubi non sunt viri, allabora, ut virum te præstes. Profecto præstiti in hoc negotio, quantum per aliquot annos observare & præstare potui. Multo enim perfectius sistere Tibi possem opus, si antecessorum vestigia legere & premere licuisset. Cum autem de hisce omnes hæctenus (quantum scio) tacuerint, contentus esse debeo, glaciem fregisse. Accedit & librorum sacrorum V. T. paucitas & brevitatis, que proinde suadent, ire qua possumus. Quapropter confido, benigna fronte hunc qualemcunque conatum exceptum iri, simulque promitto promptas aures, si quis vere & modeste demonstraverit, me hinc inde hallucinatum esse, quod in prima tractatione materia cujusdam

dam evitari vix potest. Illos autem, qui hebraica leviter norunt, rogo humanissime, ut iudicium suum potius suspendant quam sicut cæci de colore certi quid pronunciare audeant. Meretur alias hoc institutum, ut & alii oculatiores meditationibus suis id illustrent: Multa enim in philologicis adhuc intacta superesse, quilibet exinde videt, nec quisquam existimare debet, ab antecessoribus nostris omnes angulos exquisitos & calcatos esse. Quamplurima adhuc restant, in quibus ingenium exercere & novas veritates utilissimas conquirere possumus, ut aliarum litium & νεοφανίων vel centies repetitarum nostra sponte obliviscamur. Faxit divina Clementia, ut meo desiderio locus relinquatur, indicesque plures, promptioribus subsidii, excitentur, qui DEUM, פניו אלה פניו quasi in fontibus videre, cumque isto פו אלה פו loqui studeant! Vale, nobisque fave!

SECTIO PRIOR. DE DIALECTIS EBRÆORUM IN GENERE.

Quod aliis solenne est, ut in eruendo vocum ortu, earumque variis *Synonymis* prolixiores sint, id nobis jam præterire licebit, cum talia nemini obscura esse possint, & hanc operam jam dudum plures, inprimisque laudatissimus *Salmasius*, occupaverint. Sed tamen, quoniam usus vocis *διαλέκτῃς* nonnihil ambiguis est, ne B. L. dubium relinquam, temperare mihi vix possum, quin pauca saltem adjiciam. Dico itaque vocem *διαλέκτῃς* hic non significare *linguas peculiare*s, quo in sensu sacri Scriptores illam passim adhibent, quando e. g. Lucas Act. II, 6. 8. dicit, quod festo Pentecostes omnes nationes præsentés audierint τῆ ἰδία διαλέκτῳ loquentes Apostolos &c. Sed, ut paucis dicam, *Dialecti* hic nobis sunt *exigua mutationes & inflexiones unius ejusdemque lingue, in vocum tam*

pro.

In Comm.
de lingua
Hellen. p. 6.
segg. edit.
Engd. Bat.

pronunciatione quam significatione facta, & certis temporibus locis que usitata. Id quod & ipsa hujus Disp. inscriptione indicare volumus, dum puras dialectos appellavimus, ne scilicet linguæ Chaldaica, Syriaca &c. ansam dubitandi suppeditare possent, quæ vulgo Dialecti Ebraicæ linguæ audiunt, sed accuratius linguæ peculiare vocantur. His nunc præsuppositis, ad rem ipsam nos accingimus. Sit itaque

C A P. I.

De Existentia Dialectorum apud Ebræos, earumque Causis.

Summarium.

§. I. Negantes Dial. Ebr. ssttit. §. II. Triplici argumento probantur. §. III. Argumentum autoritatis additur. §. IV. Causa Dial. spuria enarratur, quæ §. V. refutatur. §. VI. genuina causa assignatur.

§. I.

Præcipuum caput & arx quasi hujus laboris est quæstio de Existentia Dialectorum inter Ebræos Veteres. Ne itaque merito αἰς ἀέροι δέροντες videri queamus, prius cum cura & industria istam stabilire atque vindicare conabimur, quam ad specialiora progrediamur. Inter omnes fere Eruditos celeberrimosque Philologos hæctenus de Ebræorum Dialectis negativa vel saltem dubitativa obtinuit sententia: Rationem hujus rei quilibet facile deprehendat. Inprimis autem Cl. Jo. Leusde-
In Philol. Hebr. Diss. XVII. p. 167.
 dum scribit: Non occurrunt in hac lingua aliquæ Dialecti (nisi quis velit linguam Chaldaicam & Syriacam varias Dialectos vocare) ut apud verbosos & mendaces Græcos &c. Sed levis sane hæc est ratiuncula, nec nisi admodum laxo constringitur nexu: Etenim simplicitas linguæ his admisis adhuc salva erit, quippe quæ non in uniformi pronunciatione & paupertate significatum subordinatum, sed potius in verbis ex se ortis, barbaræque mixtionis

nis nesciis, quærenda est. In dubium quoque vocant alii pas-
sim, *an veteres Dialecti ante casum purioris Ebrae Linguae extiterint*,
quorum verba hic recensere super sedemus.

§. II.

Horum autem sententiis tria potissimum oppono fun-
damenta, quæ, ni fallor, nostram assertionem sufficienter sul-
cient. Et primo quidem provoco *ad communem linguarum natu-
ram & fata*, quorum & Ebraica nostra particeps esse debuit &
fuit. Quamprimum enim conceditur, linguam hanc inter va-
rias temporum procellas extitisse, a multis iisque variorum loco-
rum & morum hominibus adhibitam esse, non potest non af-
firmari, varias quoque mutationes & inflexiones, quæ nihil a-
liud sunt, quam Dialecti, ipsi accidisse. Secundo idem probat
miserrima Ephraimitarum clades, qui lux assueti Dialecto pro שפילת
pronunciabant שפילת Jud. xi 1, 6, qui locus & meis ulterioribus
meditationibus occasionem præbuit. Profecto isti hac pronun-
ciatione distincte cognoscebantur ab aliis tribubus, atq; sic pro-
prij sui proditores evadebant. Equidem non ignoro, non ne-
minem hic excipere, *hoc ad pronunciationis varietatem, non ipsarum
literarum mutationem, spectare, atque ad majora extendi citra pericu-
lum non posse*. Fateor, me non videre, quomodo hac ratione
effugium peti possit: Dum enim pronunciatio variatur, ne-
cessario quoque mutatur litera. Multo minus autem videre pos-
sum, quidnam sublit periculi, si ad majora extendatur, atque
ab hac Dialecto ad alias plures concludatur. Sed accuratiorem
hujus loci excussionem suo loco suppeditabimus, quo hæc tra-
ctatio pertinet. Tertium fundamentum absolvet ipsa inductio
variarum Dialectorum pro diversis temporibus, locis & tribubus.
Atque huc spectabit inprimis tota nostra Sect. II, ubi hoc ex insti-
tuto, DEO annuente, demonstrabimus.

§. III.

Vid. Comp.
Gram. Ebr.
linguae, addi-
tum ejus
Opp. posth.
p. 4.

Hujus nostri asserti veritas perstrinxit & Bened. Spinoza O-
culos, Viri alias acuti & sanctæ linguæ (utpote quondam Judæi)
non ignari, sed sæpius hoc dono abutentis, Postquam enim
literas explicuisset Ebraicas, scribit: *Denique litera ejusdem or-
gani*

gani saepe in scriptura una pro alia usurpatur, & N pro V, O pro I, & pro D
 & pro H &c. Quod puto inde evenisse, quod scriptura ab hominibus di-
 versis Dialecti fuit scripta, & quod Dialecti jam non dignoscantur, cu-
 jus scilicet tribus hæc vel illa Dialectus fuerit. Quod autem hæc lingua hoc
 commune cum reliquis habuerit, constat ex ipsa scriptura. Nam Ephrai-
 mæ & pro V ubique usurpabant, quæ sane literæ unius organi sunt. Qua-
 re quamvis in sacris literis literam alicujus pro alia ejusdem organi saepe
 sumi constet, non tamen id imitari jam licet. Nam quid hoc aliud es-
 set, quam Dialectos confundere? Multa omnino bene hic dicta sunt,
 ut etiam in hoste virtutem laudare debeam. Cautè enim addit
 saepe, quoniam non omnis literarum mutatio ob Dialectum fa-
 cta putanda est. Possunt sane & aliæ mutationis esse causa, v.g.
 affectus, *μωσινογενεφια* &c. Hinc ad Dialectos tunc demum
 recurrendum erit, si manifesta pronunciandi ratio, inductio
 exemplorum &c. evidenter hoc requirant. De omnibus tamen
 literis, quas adducit, id probare nondum audeo. Cæterum
 cogitavit Spinoza Geometrica methodo conscribere Gramma-
 ticam Ebr. in qua præter reliqua demonstrare voluit, in S. Scri-
 ptura Dialectos confundi, sed morte præventus maturiori, istam
 ne quidem aggredi potuit. Sine dubio multa utilia inde expe-
 ctari potuissent, ob alia tamen, sanctam linguam & Scriptu-
 ram destruentia, quæ inferere animus fuit, nimis dolere non
 possumus, quod in lucem non prodierit hic partus.

Vid. præf. in
 Opp. posth.
 circa fin.

§. IV.

Exstitisse inter Ebraeos Dialectos, satis, ut puto, nunc
 demonstratum est, sed tamen non casu fortuito enatas esse,
 existimari debet. Cause itaque earum proxime nunc nobis in-
 vestiganda sunt. Mirabilis sane R. David Kimchii & aliorum Rab-
 binorum est sententia, de Dialecto præcipue Ephraimitarum, qui
 putant, *שוחת ארץ אפרים ומגיהם גורם להם שלא יוכלו לומר ש"ן כי אם ס"ן כמו אנשי צרפת*
שאינם קוראים ש"ן וקוראים אותה כמו ת"ו רפה וגו'
 h. e. quod aer regionis Ephraimitarum & temperamta illorum in causa
 ipsi fuerint, quo minus pronunciare potuerint Schin, sed potius Sin, sic-
 ut & Galli (Judæi), qui non pronunciant Schin, sed legunt istud ut Tan

Vid. R. Dav.
 Kimchi &
 R. Isaac A-
 barbanel, in
 Commenta-
 riis, in Jud.
 XII, 6.

raphatum &c. Enimvero videntur hi Judæi propriæ hypotheseos obliqui esse, qua statuitur, in medio climate, ubi simplicissimus & purissimus aer sit, terram Israelis jacere, & quod R.

conf. R. Schelben Melech in ספר יופי Gen. II. fol. 2. col. 1. Edit. Amstelod. Vid. מגלה ספרים Revelato-rem arcano-
 Jacob Abendana cum aliis de horto Eden conjicit: שוה אויר והמוז וגו' מכלל יופי
 quod fuerit tractus æqualis aeris & temperamenti, id isti plerumque de terra Israelis sentiunt; Sic enim ארץ ישראל היא באמצע שבעה אקלימים
 ג' אקלימים מימין וגו' אקלימים משמאל וא' באמצע שני אקלימים
 h. e. Terra Israelis est in medio septem climatum; tria climata a dextra, & tria a sinistra sunt, & unum in medio, sicut dicitur (Pl. 48, 3.): Pulcher tractus, gaudium totius terræ &c. Sed istorum sententiam alibi prolixius examinabimus. Huc ferme inter nostrates inclinant illi, qui in Di-
 alectis nimium climati locorumque situi &c. tribuunt.

§. V.

Verum enimvero horum sententiæ calculum meum ad-
 jicere hæcenus non possum, ob sequentes rationes: Primo ad-
 modum obscurus est nexus, aerem inter & linguam nostram
 reliquaque organa, ut perspicere non possim, quomodo aer
 coelique constitutio in linguam influere, istamque cogere ad
 hanc vel illam prononciationem possit. Sic observavi Benjaminitarum si non omnes saltem plurimos fuisse אשרים יר ימינם
 seu scævas, siquidem Jud. xx, 16. 700 tales reperimus; Jehu
 quoque scæva fuit, uti patet ex Jud. III, 15. præterea I Par.
 XII, 2. sqq. prolixus Benjaminitarum catalogus exstat, qui præ-
 ter usum dextræ in exercitiis militaribus, jaculatione &c. fue-
 runt etiam משמאלים באבנים וכו' sinistra usentes in proji-
 cendis lapidibus &c. Quis tamen dixerit, aerem & regionis clima in
 causa fuisse? Secundo ipsa experientia hic obstat. Profecto
 enim hac causa universali posita, quæ in omnes omnino ope-
 rari debet, sequeretur 1) omnes etiam eodem modo verba sua
 adhibere & prononciare debere, quod tamen non fieri toto die
 videmus: Siquidem in eadem regione & urbe varii varic pro-
 nunciant. 2) Inde sequeretur, homines in sua regione con-
 flitatos, aliter cloqui non posse, (quoniam causa non cessante, ef-
 fectus

fectus quoque cessare non potest); Cui iterum refragatur experientia, cum ipsi diversas & peregrinas pronunciations toto die addiscamus. Tandem 3) ex hoc flueret, quod, si quis in alium locum se conferret ibique subsisteret, non posset non alium modum loquendi & pronuntiandi sequi, vi causæ influentis, quod iterum experientia teste non fit. His rationibus inductus, alia & quidem probabilior quærenda mihi fuit causa.

§. VI.

Omnia aliorum sententia, quia *confusionem linguarum*, ut pote causam nimis remotam & incertam confugiunt, cum ante istam dialecti obtinere potuerint atque fortasse jam tum fuerint, qui *אֲבֻדָּה* aut alia id genus, parum distincte exprimere poterunt, uti ingeniose Cl. M. Schwartzius conjicit, tutiorem atque propinguiorem dialectorum causam *Consuetudinem* existimem. Hac enim posita & concessa, omnes supra motæ difficultates concident, & facile patebit, cur non omnes eandem sequantur pronunciationem? Cur variant dialecti fere pro singulis urbibus &c.? Varias tamen *origines & occasiones* hæc consuetudo habere potest, e. g. ipsam *nativitatem*, & organorum *habitudinem*, *lingvarum dunturnitatem temporisque longinquitatem*, *imperialium revolutionem per varias turbas & bella*, *multiplicem commerciorum usum cum exteris*, *vite rusticitatem meliorisque culturae neglectum &c.* quas suo loco sigillatim semper eruere conabimur.

Conf. Poli
Syn. Critic.
& in Jud. XII,
6.

In Dilp.
de Causis
Dial. Spec.
Græcarum §. 17.
Witteb.
1702, hab.

C A P. II.

De Divisione Dialectorum
Ebraicarum.

Summarium.

§. 1. Divisio dial. summam proponitur. §. 2. in specie voces Dialecticæ, quoad pronunciationem, ubi & vocales, literæ ipseque accentus, considerantur. §. 3. Voces quoad significatum Dialecticum spectandas esse, ostenduntur. §. 4. De integris formulis dialecticis agitur.

B

§. 1.

§. I.

Variæ sunt partes & quasi elementa, ex quibus hebraïca lingua, si tota spectetur, componitur. Hinc non possunt non variæ species dialectorum inde enasci, prout diversus respectus ad hanc vel illam partem habeatur. Et quidem *generaliter* loquendo possunt dialecti considerari vel ratione *distionum & vocum* singularum, vel *integrarum formularum*; *speciatim* si dictiones consideres, iterum vel ratione *pronunciationis*, ubi *vocales, literæ & locatio accentus* investigari debent, vel ratione *significationis* variæ orientur Dialecti. Atque hæc præsentis capitis erit tractatio.

§. II.

Initium hic ducemus a *vocibus* ratione *pronunciationis* consideratis, & quidem in specie a *Vocalibus*, utpote pronunciationis animabus. Dari dialectos in vocalibus, alibi passim ex instituto probamus. Huc pertinent e. g. quando in tribu Juda pro elubentissime pronunciarunt i; item, cum pro םִן heu! dixerunt םִן atque hujus generis quamplurima, quæ peculiari reservamus tractationi. Nec de *Literis*, an præcipuam dialectorum classem constituent, ulterius dubitari potest, postquam Ephraimitarum pronunciationem in litera םִ peculiarem observavimus. Paulo difficilior est quæstio, num etiam *Accentus locatio*, dialectum efficere possit. Ante omnia autem notari velim, me hic non de anomalia *consecutionis & ordinis accentuum* agere, quippe quæ huc non spectat, & prorsus ex alia causa dijudicanda est, nec de *locatione accentuum* vel *supra* vel *infra* literas, quæ ad dialectum nil confert, sed tantum de *locatione accentus* in syllaba vel. ultima vel penultima. Atque hic quidem notum est, naturaliter in fine vocis accentum poni, *nisi alia ratio obsiterit*. Occurrunt tamen loca, ubi ratio obstans ostendi non potest, cur tonus in penultimam retrahatur, & tunc tutius ad dialectum recurri existimem; v. g. Amos lubentissime םִן cum accentu in penultima solet pronunciare, vid. c. vii. 14. ubi ter occurrit. In priori exemplo ratio suppetit, ob concursum nempe duorum accentuum, sed in reliquis duobus silentium est, nisi rustica dialectus Amosi, quæ

pen.

penultimam ad morem aggreſſium protrahit, viam oſtendat. Fateor tamen hac in Doctrina facillime errati poſſe, cum & ob affectus aliasque cauſas, ſæpe accentum rejici non negaverim, e. g. quando Jael Siſeræ fugienti oclamat Jud. 1 v, 18 סִרְרָה אֶלְנִי סִרְרָה רַגְלִי *Recede, Domine mi, recede* &c. Ubi in ultimam ob feſtinationem accentus rejectus eſſe poteſt; Hinc tam ſubtilem rem aggredi vereor, & magis ſenſibilibus & manifeſtis intentus, iſta curioſiora eruditoribus eruenda relinquo. Hæc de vocibus reſpectu pronunciationis dialecticæ conſideratis dicta ſufficiant.

§. III.

Non minoris difficultatis negotium nunc ſuccedit de ſignificatu vocum, quem & pro diverſa dialecto diverſum eſſe poſſe ſupra aſſerui. Sciendum autem eſt, nos hic ſignificatus potiſſimum ſubordinatos & ſpecialiores intendere, quos dialectorum uſu vocibus generalioribus tribuat. Hanc difficultatem ex ipſis ſacris literis ſolvere poſſumus, ſi obſervaverimus uſum vocis רָמָתָה, quam olim pro נְבִיאָה *propheta* adhibitam eſſe, ſacer ſcriptor 1. Sam. IX, 9. teſtatur. Quæ ſane dialectus in nullo alio conſiſtit, quam in ſpecialiori ſignificatu, voci generali addito, uti mox accuratius de hoc diſquiremus. Ex hoc quoque capite facile explicari poſſe putem varium *particularum* uſum, quas non uno modo adhibuerunt, ut & apud nos hodie, e. g. *Et ivit Elkanah verſus Ramatha* עָל בֵּיתֵי in *Domum ſuam*, pro יָרָה 1. Sam. II, 11. conf. 1. Reg. XVII, 21. 1. Sam. I, 10. Vicifim וְכִי אָכַל לֶחֶם הַחַיִּים אֶרֶץ *et ſuper montibus non comedit*, pro עָל Ezech. xvi 11, 6. 11. &c. Talia enim in prima ætate hujus linguæ uſitata fuiſſe, credere vix poſſum, ipſeque mirabilis, divinus & accuratus, Ebraicæ linguæ ordo aliud ſvadet. Hinc & ejusmodi exempla in ſeculis poſterioribus quamplurimæ reperies, quæ tam frequentia in Pen-tateucho non ſunt.

§. IV.

Tandem & integras *formulas ac Phraſes* ſingulari ratione adhibitas ad dialectos referre non dubito, cum rationem non videam, cur hæc appellatio ipſis denegari debeat. Huc ſpectat

formula *השבע בשם יהוה* vel *זכור את יהוה* quæ pro *jurare* usurpatur, quoniam juramenti basis ac fundamentum est Divinæ potentia recordatio & nominis reverentia. Hinc sapiens illa *Thekoensis* in parabola, Davidem rogat, ut filium suum ab occifore vindicet, atque hoc prius juramento promittat, dum 2. Sam. x. v. 1. dicit: *יִזְכֹּר נָא הַמֶּלֶךְ אֶת יְהוָה*: *Juret. quæso, Rex per Dominum Deum Tuum,* (mutatio-
ne pro more facta in secundam personam.) Quod enim R. Isaac Abarbenel propriissime hæc verba retinere conatur, atque ita explicare, ac si ad factum Caini respiciatur, ingeniosum quidem est, sed mihi non probatur. Sic autem scribit: *וְהִזְכֵּרְנוּ הַזֶּה הַיְהוָה בְּעֵינֵי בְנֵי אָדָם הַרְאֵשׁוּ כַשֶּׁהָרָג קַיִן אֶת הַחֵבֶל שֶׁהָאָדָם יִתְבַרֵךְ לֵאמֹר הָרָג קַיִן בַּחַיּוֹת הָרָג הַחַיּוֹת אַחִים וְכִי שְׁלֵמָה יִרְכָּוּ בַּמַּחֲלָת אֲבוֹתָם הַזֶּה* *h. e. Atque hæc recordatio erat de factis filiorum Adami primi, cum Cain Abelem occidisset, quod Deus Bened. tunc Cainum non occiderit, propterea quod homicida esset, quoniam ipsi fratres erant, atque ne multiplicaret Deus dolorem parentis ipsorum senioris &c.* Ipse sane contextus hoc refellit, cum in eodem versu David juret: *דָּרִי יְהוָה*. Hoc observato facile quoque patebit, quid Amos, iterum *Thekoensis*, sibi velit, cum in dialogo ejus prophético de peste, c. VI, 10. alter alterum quæsiturus dicitur, num adhuc aliquis cum ipso in domo sit, cui alter responsurus sit, quod nullus; Atque tunc subjicitur: *וְאָמַר הֵס כִּי לֹא יִזְכֹּר בְּשֵׁם יְהוָה*: *Et (alter) dicet: Tace (si forsan juramento voluerit confirmare) nam non (quæro) ad jurare faciendum per nomen Domini (i. e. jam tum credo, quod omnes mortui sint, nec opus est, ut juramentum in te ponas, conf. Et. XLVI 11, 1.* Certa quoque ratione huc referri possunt formulæ, quæ occasione facti cujusdam ortæ, deinde in proverbialia abierunt, ut 2. Sam. V, 8. Optarem, ut uberiora hoc in negotio hæctenus observare potuissem, quippe quod multas difficultates solvit, quando v. g. irregulares phrasium constructiones occurrunt, modo & distincte demonstrari semper posset. Plura tamen alibi notabimus; de cætero contenti, digitum saltem in hoc jam intendisse, li-

In Com-
ment, in
h.)

cet primo hoc molimine omnia τετραχυλισμεία reddere non possumus.

C A P. III. De Methodo Dialectos Ebræorum tractandi.

Sum.narium.

§. I. In genere quatuor lingua Ebr. constituntur Epochæ. §. II. Prima Epochæ, §. III. secunda, §. IV. Tertia & Quarta considerantur. §. V. Rationes, cur methodus quoad tempora non retineatur, exponuntur. §. VI. Tertia Epochæ, in qua duæ Judicum & Regum periodi, eliguntur illustranda, §. VII. Tria præsupposita afferuntur, eorumque primum explicatur. §. VIII. Duo reliqua proponuntur.

§. I.

OMnia cum tempore mutari, quotidie experimur, hinc nec lingua Ebraica excipi poterit, quin *diverse temporum revolutiones* ipsi aliquid inusserint mutationis. Quapropter egregiam omnino præstaremus operam, si varias dialectos secundum varia tempora accurate hic indicare possemus, si quidem hoc historiam sanctæ linguæ belle illustraret, in qua tradenda Cel. D. Læscherus plurimum defudavit; Sed cum hoc admodum difficile & fere impossibile videatur, ob rationes infra adducendas, leviter saltem hac opera nunc defungemur, ne hanc partem neglexisse merito videri queamus. Constituemus autem *quatuor Epochas* generaliores & notabiliores, secundum quas dialecti tradi possent, ita ut *Prima* ætatem Patriarcharum usque ad descensum Jacobi in Egyptum, *Secunda* Israelitarum commorationem in Egypto usque ad ingressum terræ Canaan, *Tertia* possessionem hujus terræ usque ad Captivitatem Babylonicam, & *Quarta* ipsam Captivitatem & tempora sequentia, huic linguæ fatalia, sistat.

In eisd.
Tract. de
causis Ebr.
lingvæ &
præcipue
lib. I. cap.
V. toio.

§. II.

Prima Epochæ, quæ tempora Patriarcharum usque ad descensum Jacobi in Egyptum comprehendit, dilucidandæ, præter pauca

B 3

ea

ea, quæ in libro *Genesis* proponuntur, inservire nil potest, adeoque hac angusta supellectile tam amplæ temporum seriei vix ullus satisfecerit. Putem tamen non adeo frequentes horum ætate dialectos fuisse, cum pleræque occasiones, quibus istas ut plurimum ortum debere supra diximus, tunc defecerint, licet prorsus illas negare nolum. Sane enim, quæ de nominibus propriis קין (Gen. IV, 1.) & נח (Gen. V, 29.) dicuntur, *istis temporibus radicem קין pro קנה possedit, & נח pro נחם consolatus est, in usu fuisse, Moysen autem vocabula sua ætarecepta adhibuisse, ista prorsus nil probant.* Quis, quæso, nescit, nomina propria varie inflecti & componi, uti etiam inter nos, ut eandem cum radicibus suis faciem repræsentare non debeant? E.g. Hanna filium suum vocat שמאן, ratio כר מודה כר שאלתו 1. Sam. I, 20. quis propterea diceret, isto tempore pro שמאל usitatam fuisse radicem שמאל, cum tamen eadem ubique sit ratio? Etenim his nominibus varia addi solent, uti ingeniose satis R. D. Kimchi de nomine Samuelis scribit: הורכבה המרה בזה הטעם מן כי מה שאלתו כי יש באותיות שמואל שאלתו ויש באותיותו גם כן מאל; h. e. Hoc nomen compositum est hac ratione a (verbis) כי מודה שאלתו: (nam a Domino petii istum) Est enim in literis (vocis) שמואל (vocabulum) מאל a Deo, ac si dixisset petitus a Deo. Nec nos moratur vocula נער Gen. xxiv, 14. 16. 28. c. xxxiv, 3. 12. &c. pro qua, ob abjectum ה, Sixtinus Amama & alii usitatum fuisse נער communis generis, putarunt: Quis enim in hanc confusionem consentire possit, cum ubique nomina sexus accurate distigvantur, ut איש & אשה &c.? Ipse profecto Moses plene הנערה Deut. xxi 1, 19. exprimit, pluralem quoque foeminiuum נערות Gen. xxiv, 61. & Exod. II, 5. adhibet; Ex quibus patet, foeminiuum נערה & Mosis tempore exitisse. Simpliciter itaque afferere possumus, Autores libertate in literis his infensibilibus addendis, omittendis, vel mutandis, utos fuisse, uti & apud nos ad certam orthographiam in talibus nemo alligatur; Hinc e.g. ille scri

Conf. R. Schei. ben Melech in מכלל יופי in h. l.



scribit Wahren cum h, alter Waaren cum a duplici ; hic
 steht, cum h, alter stet, absque h &c. Eadem ratio orthogra-
 phiæ apud Veteres mihi fuisse videtur, ita ut promte intelligas,
 cur נָעַר absque הָ a Mose scribatur, vicissim cur נ addatur in
 נֶחֱמָה *poluerunt* Jel. xxi 1 x, 1 2. vel cur ה in נ mutetur, Ruth. i, 20.
 in מְרֵי *amara*. Et sic in reliquis. Multo minus me mo-
 vet, quod pro יְרֵשֶׁלָם, ob defectum י, quondam simpliciter
 dixissent יְרֵשֶׁלָם, uti Gen. xiv, 18. & c. xxxi 11, 18. יְרֵשֶׁלָם re-
 perimus, quod & Pl. Lxxvi, 3. repetitur, atque hanc mutati-
 onem, in dualem, ideo factam esse, quoniam postea urbs in
 duas partes divisa sit. Præsuppositum admodum dubium est,
 multoque probabilius *R. Is. Abarbanel cum Josepho Gorionide*
 statuit, שהיו שלשה חומות בירושלם בתוכנה מהם היתה
 חיה ברת ה' וברת המלך הנקראת הר הכור
 ובאמצעות היו בתי הנבאי ואנשי המעלה והכבוד
 ובחיצונה היו דרים כר העם ובעלי מלאכות וגו'
 i. e. *quod tres muri Hierosolymæ fuerint ; In interiori istorum fuisse*
templum Dei & pallatium Regis, vocato mons templi ; Intra medium
fuisse domicilia Prophetarum aliorumque Virorum spectatorum & ho-
noratorum ; In extremo tandem habitasse omnem plebem & operarios
 &c. Ex quibus postea eleganter demonstrat, cur Prophetissa
 Chulda 2. Reg. xx 1, 14. habitasse dicatur in משנה. De habi-
 tatione sacerdotum vid. c. xxi 11, 4.

In Com-
 ment. su-
 per 1. Reg.
 111, 1. P.
 203. col.
 19. Ed.
 Lips. &
 cont. Jof.
 Gorion.
 Lib. VI. c.
 36. p. 717-
 199. & c.
 46. p. 812.
 ed. per
 Breit-
 haupt.
 Goth.

§. III.

Ad Secundam progredior Epocham, quam *commoratio Isra-*
elitarum in Egypto, eorumque introitus in terram Canaan absolvit.
 Huc pertinent reliqui 4. *Mosis libri* (ut & liber *Geneseos* quoad
 enarrationem historicam Mosis) ex quibus loquela istorum tem-
 porum cognosci debet, faciemusque id passim alibi, ubi depre-
 henderimus, hanc vel illam dialectum ætati Mosis ortum suum
 debere, sed postea in tribu quadam retentam & in usu fuisse.
 Nonnihil probabilitatis hic meretur, quod hac ætate pronomen
 fœmininum, הָיא paulo durius sit pronunciatum, ita ut
 sonus י ferme ad י accesserit; Moses enim semper scribit
 הָיא

וְנִי אֵלֶּיךָ עֵשֶׂת אֶתְּנֶה לְךָ וְעָלְתָה עִמָּךְ כְּעַלְתָּ עִמִּי וְעָלְתָה עִמָּךְ כְּעַלְתָּ עִמִּי וְעָלְתָה עִמָּךְ כְּעַלְתָּ עִמִּי

In Comp.
Gr. p. 44.

Quod autem *Spinosa* conjicit, quondam וְנִי idem valuisse ac וְנִי, sed postea a Masorethis correctum esse, quoniam obsoletum fuerit, id confusionem spirat, ejusque favorem erga puncta indicat. Nec tamen a nobis hodie legendum est hiv, cum ו in chirec non quiescat, (suffixum enim וי ut וְנִי &c. nil probat) praesertim si consideraveris, וְנִי foemininum semper adfuisse, cum id & Moses adhibeat, pronunciationem autem ejus & per consequens etiam orthographiam tantum variasse, quod nobis nunc quidem imitari non licet. Veruntamen & his temporibus rariores fuisse dialectos autem, quod ipsi Mosis libri satis clare loquuntur, quippe qui intellectu faciliores sunt, praeter reliquas etiam hanc ob causam, quoniam puriori & primævæ integritati similiori scripti sunt stylo. Ad hanc quoque ætatem *historiam & librum Hiobi* refero, ob rationes, quas hic recensere nimis prolixum esset; Non enim moror R. *Eliezeris* auctoritatem, qui temporum Judicum hanc esse historiam conjicit, multo minus asserere possum, istum ætate Estheris & Ahasveri vixisse, vel ex captivitate Babylonica cum aliis ascendisse & Tiberiade habitasse, uti R. *Jehosua ben Korcha* & R. *Jochanan* putarunt. Autorem hujus libri licet certo assignare non possimus, non improbabilis tamen Judæorum est traditio, quæ Moïsem Autorem prodit, quorum sententiam infra exponemus. Interim delineatio dialectorum ex hoc libro admodum incerta est, nisi consensus aliorum librorum accedat: Negari siquidem non potest, stylum colloquentium subinde corrumpi lingua, inter plebem magis recepta, *Aramea* sine dubio antiquiori, quod vocabula כַּפַּיּוּ perra, c. xxx, 6. עֲרִיקִים *nervi*, v. 17. & alia probant. Nonnullas tamen data occasione, Deo juvante, notabimus.

Vid. Bava
bathra c. I.

S. IV.

Uberiorem messem suppeditare potest Tertia Epocha, ab hereditatione terra Canaan usque ad captivitatem Babylonicam. Atque hic multa petere licet ex libris *Josua, Judicum, Ruth, Samu. elis*

clis, Regum, Esaiæ, Jeremie ejusque Threnis, Hoseæ, Joel, Amos, Obadiæ, Jone, Miche, Nahum, Habacuc, Zephania, Psalmorum, Proverbiorum, Cantici Canticorum & Cohelet. Hac ætate dialectos viguisse, & etiam deprehendi posse, passim probamus, & Sect. II. integra demonstrabimus. Quartam tandem Epocham ingrediuntur Captivitas Babylonica, temporaque istam sequentia, quæ sanctissimam hancce linguam profus everterunt: Crescente enim impietate & sensum appropinquante Judæorum *πρώτοις*, subtrahebat etiam Deus pedetentim sanctæ linguæ notitiam, in qua sua mysteria tradidit. Huc vero pertinent Prophetia Danielis (quoad ebraica) &c. Eschielis, libelli Esther, Esdræ ambo, & libri Chronicorum ac denique prophetie Haggai, Zacharie & Malachie. Horum autores ex diuturna captivitate multum splendoris propriæ linguæ perdere potuerunt, quod facile largior, retinuisse tamen istos multas dialectos puras, admodum verosimile est; Quapropter novas ex illis demonstrare non possumus, sed solum antiquas, in præcedentibus reperitas, confirmare, si consensus adsit, licebit, quod suo loco passim præstabitur. De postremis temporibus, Christi nimirum & Apostolorum hic quidquam addere, nil attinet, cum profus alia lingua Syriaca nempe receptior, seu Antiochena, tunc obtinuerit.

§. V.

Sequitur nunc, ut paucis exponam rationes, cur dialectos hac methodo, elegantissima tamen & maxime utili, gradere nolim. *Et primo* quidem dico, impossibile esse, secundum tempora dialectorum historiam Universalem sistere, cum monumenta necessaria deficient, Quis enim, quæso, ex paucis Geneleos plagulis dialectos, per duo millia annorum & supra usitatas, haurire & demonstrare poterit, quod & de subsequentibus temporibus valet? Profecto ad hunc laborem conficiendum ingens monumentorum thesaurus requiritur, quæ utinam saltem Regum temporibus consignata nobis superessent! *Secundo* sola temporum circumstantia insufficientis est: Pone enim, reperire Te dialectum in hoc vel illo libro, propterea

C

rea

rea tamen non erit universalis & ubique recepta, ita ut dicere possis, hoc tempore talis obtinuit dialectus &c. Oportet sane, accedat & locorum circumstantia, quæ maximum huic doctrinæ affert momentum.

§. VI.

Ut itaque cautius in hoc negotio verser, talem methodum selegi, in qua præcedentes difficultates saltem minuuntur, si non penitus tolluntur. Nimirum *Tertiam* inprimis *EPOCHAM* illustrare conabor, in qua sancta hæc lingua ad summum culmen floris, nitoris & elegantia pervenit : Ad hanc enim *libris* & monumentis necessariis licet non sufficientibus, pluribus tamen instructi sumus, nec *locorum* circumstantia negligetur, siquidem pro diversis tribus istas enarrare allaborabimus. *Due* autem notabiliores *periodi* hic occurrunt, *Judicum* nempe & *Regum*. Circa ætatem *Judicum* ipsæ scripturæ quandam dialectum clare annotant, dum 1. Sam. IX, 9. dicitur, quod pro *נביא* *propheta*, nunc recepto, quondam adhibuerint *נאבא*, conf. v. 11. 18. 19. quæ dialectus in solo significato specialiori, qui vocabulo *πλατυτέρω* inditus est, consistit, uti supra memoravimus, cum in reliquis nulla occurrat mutatio. Non secus post ista tempora dixerunt *sæpius* *תנא* pro *נביא*, uti conjicio ex *libris Paralippomenæ*, lib. 1. c. 21, 9. 22, 5. 23, 25. 29. xxxv, 15. lib. 2. c. 18, 29. xxxi 11, 18. 19. &c. it. Neh. III, 15. x1, 5. Ezech. x11, 27. & reliqua. Ipsi *Judæi* in voce *תנא* singulare quid quærunt, sed alio modo, quo postea ad nugas deflectunt; Ita enim scribunt: *יש חילוק בין מראה למחזה הוא לשון הקודש ומחזה לא תרגום ועל כן כתיב באברהם קודם שנימול והיה דבר ה' אל אברהם במחזה כרו שלא ידעו המלאכים שהקודש כרוך הוא מדבר עם ערר והמלאכים אינם משגיחים בלשון תרגום וכן בבלעם כתיב ומחזה שוי יתזה כרו שלא ידעו המלאכים שהקמה מדבר עם ערר אבל אחר שנימול אברהם כתיב וידבר אתו אלהים וגו' לאמר וגו' *h. e.* Discrimen est inter voces מראה & מחזה; Etenim מראה est ex lingua sancta (Ebræa) non autem מחזה quod ex Tar-*

In
ילקוט
חרש
f. 153.
col. 2.

gum

gum (lingua Chaldaica.) Propterea scriptum est de Abrahamo, an-
tequam circumcisus esset (Gen. xv, 1.) Et fuit verbum Domini ad A-
brahamum אברהם in visione, ne angeli scirent, quod Deus sanctus
Bened. loquatur cum prapuciato, quoniam angeli linguam Chaldaicam
non attendunt (intelligunt.) Sic etiam de Bileamo (Num. xxiv, 4.)
scriptum est: Et אלהים visionem omnipotentis אלהים videt, ut angeli
nescirent, quod sanctus benedictus Deus loquatur cum prapuciato. Postea
vero cum Abraham circumcisus esset, scriptum est, (Gen. xvi, 3.)
Et locutus est cum ipso Deus, dicendo &c. Quam sententiam proli-
xissime exponit R. Simeon ben Jochai, Autor, uti putatur, *Sohar*,
ex quo hæc desumpta sunt. In plurimis ridiculi sunt, nam
ultimus locus quoque falso allegatur, cum Abrahamus tunc
nondum circumcisus fuerit. Unicum tamen hoc considerari
meretur, quod usum ex chaldaica lingua petant, (licet pro-
pterea ortum alium habeat); Hinc facile intelligas, cur no-
stra vox אלהים toties adhibeatur circa ista tempora, qui-
bus commercium & potentia Chaldaeorum in Ebræos non e-
xigua erat, ut ævo posteriorum Regum, ante, in & post
captivitatem Babylonicam &c. Quam dialectum hic, utpote
convenientiori loco, tradere volui, reliquas accuratiori inda-
gini reservans. Inter Reges præcipue eminent David & Sa-
lomo, quorum proinde libri & sermones eo diligentius sunt
excutiendi, quo magis istorum temporibus floruerit hæc lin-
gua. Notari tamen velim, istos sæpe uno in loco elegantius
loqui & scribere quam in altero, ac proinde in hoc plures de-
prehendas dialectos, quam in illo. Sic David multo nitidior-
em & elegantiorum stylum adhibuit in *Psalmis*, quam quidem
in aliis sermonibus, quos habemus superstites in libris *Samuelis*,
Regum & *Chronicorum*, quod propterea accidisse videtur, quo-
niam *Psalmos* majori cum cura & diligentia conscripsit. Ex-
empli loco sit nobis *Psalmus* xvi, 11, quem & 2 Sam. xxii, re-
censitum legimus, sed cum variis mutationibus tam in lite-
ris & vocibus quam integris phrasibus, siquidem eruditissimus
Judæus Isaac Abarbenel 74. variationes in hoc solo loco obser-
vavit, quarum plurimæ facile solvuntur, si cogitaveris, auto-

In Genes.
fol. 60. col
4. & f. 61.
ed. Saltz,

vid. ejus
Comm.
in 2. Sam.
xxii. fol.
175 fgg.
col. 1. fgg.
edit. Lipz.

rem librorum. Samuelis istud canticum recensere, sicuti David hoc vulgato & communi sermone in suo periculo elocutus est: Postea vero cum consignavit hoc ipse David, in usum aliorum in pari statu, elegantiori & puriori stylo conscripsit, ut lectori omnia clariora esse possint. Etenim לְכָל שָׁנוֹר עֲנִין סבה *h.e. Cujuscunque rei mutationis & emendationis causa datur*, uti modo laudatus Judæus loquitur, quod multo magis in sacra scriptura notandum est. Unicum versum 27. adduxisse suffecerit, qui sic se habet: עַם נֶכֶךְ תִּתְבַּר וְעַם עֲקָשׁ תִּתְפַּר :

Pro quo in Psalmo allegato multo clarius reperimus : Cum puro purum Te prestas, & cum perverso perversum Te prestas. Harum mutationum rationem malo Doctissimi Abarbenelis, quam meis verbis

16c. cit.
vers. 27. f.
277. col. 3.

ובספר תהלים אמר במקום תתבר ותברר והוי' החלוף הלה ובמקום אומר כאן תתפל אמר שם תתפתל והוא החלוף הלה וגם אלה ליופי הדבור ותקונו היו וכפי דרך הדקדוק גם כן כי ההתפעל מכבר יאמר תתברר כמו התברכו והתלכנו וההתפעל מפתל יאמר תתפתל וכן הביאוהו המדקדקים ועם היות שדורו בשררו השיחה הזאת היה אומר תתבר תתפר על דרך ההעברה הנה בכתבו אותה

h.e. Sedi in libro Psalmorum loco dicit תתבר, & hec est variatio trigesima quinta (in hoc np. cantico,) pro eo, quod hic dicit תתפר dicit ibi תתפתל, & hec est 36ta variatio. Verum & hec ad decorum & emendationem sermonis sunt, etiam quoad ipsam grammaticam: Nam in conjugatione Hiipael a radice ברר dicitur sicut forme התברכו & התלכנו & in conj. hiipael a rad. תתפתל dicitur quemadmodum & Grammatici hoc adducunt. Quapropter licet David, cum hoc canticum cecinit, dixerit, תתבר, secundum communem aialectum (qua syllaba integra sepius absorbentur & contrahuntur) ecce! tamen cum istud scri

psu

est in libro Psalmorum, accuratius isti attendit, sicut decebat &c. Ex quibus sententia nostra abunde confirmatur. Idem observandum erit in libris Salomonis & aliis.

§. VII.

Nihil impediret, quo minus ad alia nunc progredi possemus, nisi adhuc nonnulla *Præsupposita*, quæ rite intellecta & applicata in hac Doctrina ludantem quam plurimum juvare possunt, paululum subsistere juberent. Primum est, quod sacri scriptores in suis narrationibus personarum loquelas tamdiu recensere putandi sint, donec manifestatio contrarium volaverit. Hoc observato, plurima utilia deprehendi poterunt. Nec existimem ullum facile hoc petatum rejecturum: Argumenta enim, quæ hoc requirunt, non levis sunt momenti. Provocho i) ad receptam omnium scriptorum consuetudinem, qui quantum imbecillitas memoriæ fidesq; monumentorum patitur, semper id observant E. g. Lucianus in ficta licet narratione Pythagoram, Jonicum, dialecto quoque Jonica stricte utentem introducit, ita ut mercatori suo, quid ulterius discendum sibi sit, quærenti respondeat: *Ἐπὶ τῶν ἑσθίων, ἀειθρέων, &c.* Et paulo post de ipsius victu quærenti reponat: *ψυχῆον μὲν ἔδειν τι σιτοβολαί &c.* Quorum quamplurima ibi reperire licet, ubi *ε* pro dialecto Jonica abundat, uti in vocibus *τῶν ἑσθίων & ἔδειν &c.* Eo magis hoc de scriptoribus divinis credendum est, quo majorem gradum certitudinis ipsi possederunt. 2) Ipsa *Styli Diversitas* hoc palam loquitur quam in talibus locis reperimus. Ut præter Davidis modo dictum sermonem unum alterumve tantum afferam, jubeo accuratius penitare v. 6. Gen. XVIII. Hic cum tres angeli advenirent, Abrahamus, in gaudium effusus festinantissime ad Saram currit, istique dicit: *מֵהָרָר שָׁרָה סָאָם קָרָמָה סָרָה לְיֵשׁוּבָה וְעַשְׂרֵי עָבֹת* i. e. *Festina, iria lata, farinam similaginis, depse, & fac placenzas.* Quis, quæso, hunc sermonem intelligat, nisi supponat, Mosen hic abrahams maxime festinantis propria verba allegare? Profecto nullus alias nexus, nulla vera hebraismi constructio aderit. Pari ratione consideretur v. 13. Gen. XXIII.

Vid. Tom. I, Opp. in Dialogo inscripto *ἑσθίων* *πράσις.* p. 372, sq. edit. per Græv.

Ubi idem abraham ad Ephronem dicit: **אֵן אֵם אֶתְּהָ לִי שְׂמֵעֵנִי** i. e. *Tantummodo, si tu utinam, audi me* &c. Nec hunc sermonem ullus intelligat, nisi cogiret, Moſen hic recensere verba abrahami, ob *modestiam recusationis* ab Ephrone ſæpius *interrupta*, ita ut *initia* ſaltem proſitionum efferre poterit: alias contra omnem loquendi modum contra omnem uſum & analogiam hebraicam, hæc Moſes ſcripſiſſet, quod nemo facile conceſſerit. Nec ſcrupulum hic movere debet, quod hæc ratione ſæpiſſime barbari proſus & extranei ſtatuendi ſint, hebraico ſermone uſi fuiſſe; Hoc enim abſurdum non eſt, ſed potius ſummam probabilitatem meretur. Inprimis hic tempora Regum conſiderari velim, quorum & ſcientiarum flore etjam Ebraica lingua ab omnibus honoratoribus extraneorum aularum æſtimata & adhibita fuit, non ſecus ut hodie Gallicam linguam plerique eminentiores addiſcunt & loquuntur. Maniſte hoc prodit ſolum exemplum Aſſyrii Præſecti Raſſace, qui relicta vernacula Aramæa, in conventu miniſtrorum Regis Judæ, Ebræa potius utebatur, iſtis licet repugnantibus. 2. Reg. XVIII. 19 ſqq. Ef. XXXVI. 4. ſqq. Judæi quidem nonnulli putant, **שְׂמֵשׁוּמֵר יְהוּדֵי הַיָּרְדֵּן** quod fuerit *Judeus Apoſtata*; Sed hoc ex textu probari non poteſt & noſtra potius ſententia ex iſto confirmatur. Et talia innumera adduci poſſent, quæ hoc confirment, niſi hæc exempla ſufficienter æquitatem noſtri poſtulati defenderent.

Vid. Talm.
tr.
סְנוּדְרֵיין
cap. 9. fol.
60. col. 1. ed.
Amſtel.

§. VIII.

Alterum perſonas loquentes concernit, de quibus notandum, quod *iſta non ſemper receptam ſuo in loco dialectum ſequantur*, ſed ſæpius meliorem & elegantioreſ adhibere loquelam, interdum tamen ob affectum &c. communiorem immiſcere. Atque hoc **ζῆτοςμενον** ab unoquoque nunc facile concedetur, ſi eorum meminerit, quæ in præcedenti §. 6. de Davide ex inſtituto probavimus. In Græcis quoque idem deprehenderis; E. g. De Atticis ſcriptoribus vulgo Critici annotant, iſtos pro σ quod a plebe pronunciatum ſic fuit, libenter adhibere ρ, ita ut dicant **ῥῥῥῥν** pro **ῥῥῥῥν**, interim tamen *Henr.*

Sic.

Stephanus observavit, Thucydidem, Platonem, Demosthenem & Aristophanem, sæpius communem pronunciationem immiscere, ut scribant $\Theta\alpha\pi\sigma$ pro $\Theta\acute{\alpha}\pi\sigma$ &c. Sed ad Tertium tandem deveniendum est *presuppositum*, quod tribus in specie concernit, & hoc potissimum vult, unius tribus dialectos interdum quoque in alia reperiri. Quod accurate tenendum est in doctrina, quam in Sect. II. aggrediemur: Etenim cum dialectum huic vel illi tribui assignamus, non ista nostra est sententia, ac si tantummodo in una tribu viguisset, sed cui plurima exempla favent, illi saltem ob $\tau\epsilon\tau\alpha\rho\sigma\ \omega\upsilon\ \pi\alpha\iota\delta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ dialectum adscribimus. Nec potest hoc cuiquam obscurum esse, si 1) suum tributum consideret, quæ sæpius inter se habitaverunt, ut ob commercium frequens non potuerint non etiam dialectorum participes esse. Sic Hierosolymæ non solum habitaverunt plurimi ex tribubus *Juda & Benjamin*, sed etiam ex *Ephraim & Manasse* conf. 1. Par. IX, 3. sqq. Tribus *Dan* ut plurimum inter reliquas dispersa habitavit, uti ex Jud. XVI II. sqq. patet. *Gilead* ex *Gad*, maximam partem inter *Ephraim & Manasse* dispersi erant, uti *Ephraimitæ* ipsi exprobrant, Jud. XII, 4. & sic in reliquis. Atque hæc una causæ est, cur omnium tributum dialectos distincte indicare non audeam, uti alibi monebo. 2) *Tempora* quoque pensitari velim: Nam post Salomonis ætatem major confusio tribubus accidit, ita ut dialecti necessario cum aliis confundi debuerint. Et ob hanc rationem plurimi libri, e.g. *Jesaias, Jeremias, Regum &c.* tantum huic instituto non profunt, quantum prodesse possent, si quilibet in suo loco tranquille mansisset &c. Hæc pauca de methodo dixisse sufficiat, speciosa aliorum quilibet harum rerum peritus exinde elicere poterit.

C A P. I V.

De Utilitate hujus doctrinæ.

Summarium.

- §. I. Utilitates quatuor generatim sistit. §. II. in specie primam, quoad culturam Ebr. lingue Grammaticam & historicam, explicat.
§. III. Secundam, quoad puncta, vocalia, & §. IV. Tertiam, histori-

ata

Vid.
Zvinge-
ri hypoty-
poin dial.
Græc. fol.
2. col. 2.

am sacrorum Autorum concernentem exponunt. S. V. *Quartiam*, circa historiam librorum sacrorum versantem, sibi, & finem imponit.

§. I.

Vid. Va-
jira Rab-
ba. Sect.
22.

E Legens omnino antiquiorum doctorum pronunciatum est: אפילו דברים שאחריו רואה אותם יתרון לעולם. אף הן בכלל הנייותו של עולם יין וגו' i.e. *Etiams res, quæ Tibi in mundo videntur superflue, omnes ista utilitatem habent in mundo.* Quod & me monuit, ut paucis demonstrarem, levem huncce laborem aliquid saltem commodi afferre posse, si recte adhibeatur, nec quemquam autumare debere, subtilitatem & commentum philologicum esse, quod nullibi proficit, nisi in cerebro critico. Quantum autem hæcenus assequi potui, ejus utilitas quadruplex est: *Prima* ad linguam hebraicam generatim, *Alterâ* puncta vocalia in specie, & *duæ* reliquæ historiam Autorum atque librorum sacrorum spectant, uti in subsequentibus ulterius videbimus.

§. II.

Prima, quam ex cognitione Dialectorum haurimus, utilitas, circa ipsam linguam sanctam occupatur, & quidem tam circa ipsius *Grammaticam*, quam *Historiam*. 1) Ad *Grammaticam* quod attinet, quanta, quæso, lux oriri posset, si hæc doctrina accuratius ab eruditis excoleretur, quam omnes hæcenus libelli Grammatici ignorant? Tot exceptiones totque obtorto collo depicta monstra analytica caderent, si tyrones monerentur, non omnia secundum unam formam exsecari debere, sed dialectum communem hic respiciendam esse. Quantæ dubitationes hæcenus de formis pluralibus in ai (י) ut גִּבְרִי &c. fuerunt? Hic singularem, ille pluralem voluit, & quid non? Quod tamen dubium ex hac doctrina facile tollitur, uti suo tempore videbimus. Quæ non maceratio in voce הִתְפַּלֵּל occurrit? Huic radix הִתַּל non satis manifesta est, hinc ad הִתַּל recurrentum; illi conjugatio hitpaël dubia est, hinc ad monstruosas formas hæc vox rejicienda erit, quoniam non ad cerebralem ipsius normam hebraicæ linguæ quadrat. Quot discrepantes reperias sententias de infinitivis Niphal cum ה, ut

ut וְיִלְלֵךְ 2. Sam. VI, 20. וְיִלְלֵךְ Jud. XX, 39. &c. Quæ omnia ex hac doctrina facile evanescent, sicuti ex præcedentibus constare potest, & clarius adhuc suo loco patebit. Talia innumera faciliora reddi posse non dubito, si in posterum diligentius ad dialectos attendatur. 2.) *Historia* quoque sanctæ linguæ inde non parum suppletur. Quot vitam & valetudinem terunt (in conquirendis vocibus earumque rationibus Ethnicorum & imprimis Græcorum scriptorum, ne quicquam dialecto & stylo istorum adversari videri queat, ut satis mirari non possim, reperiri adhuc eruditos, qui existiment, *divinitus se Φιλομάχας factos, hinc ateneris annis in illius amplexus ardentes irruisse &c. hunc unicum studii sui scopum proposuisse &c.* ? Quidni & nos in sanctæ hujus linguæ, quæ suam divinam originem Cultoribus suis quotidie probat, historiam accuratius inquiramus? Exempla huc spectantia passim adferimus, & alibi ex instituto percontabimus,

§. II.

Quamquam ex præcedente utilitate vocales multum lucrari existimandum est, nondum tamen usquequaque omnia de istis expedita sunt, siquidem adhuc gravis oriri potest dubitatio, an hæc puncta vocalia, uti in sacris literis hodie prostant, à Deo inspirata sint. Hinc omnino oportet, *secundam* addat nostra Doctrina utilitatem, quæ *punctis vocalibus divinum suum ortum tueatur*. Hic quidem discutendum non est, jam tum Viros Gravissimos prolixissime in hujus rei demonstratione versatos esse, inter quos præ reliquis eminent Jo. *Buxtorffius*, a) junior, *Wasmuthus* b), *Leusdenius* c), & reliqui, quorum, proinde labores devote veneramus; Sed tamen, quin adhuc alia superaddi possint, nemo facile negaverit. Imprimis autem ista argumenta semper mihi fortissima visa sunt, quæ ex natura & interioribus rei ipsius desumta sunt. Et tale argumentum est, quod pro inspiratione punctorum ex hac doctrina petitur. Quis enim concipere potest, humanam *memoria* & *industriam* tantum valere, ut (v. g. in dialecto Judæ, ubi sonus i pro e libenter assumitur, uti videbimus) semper *in loco convenienti* illum sonum subscribat, cum tamen hic (nempe e) in vocibus istis multo usitatior sit? Hoc profecto nemo sanæ

Vid. J. suz
Barnelius.
Græc. L.
Prof. in Ac.
Cantabr.
in præfat.
in Homerum
& conf. Adæ
Eruditor.
Lips. hæc
ao. 1712.
mens. jan.

a) in libr.
de punct.
antiquitate,
edit. 1648.
b) in Vin-
dic part. I
c) in Phil.
Ebraeoj
Disser.
XIII, usque
ad XVI.

D men-

mentis & linguæ peritus sibi perfvadere potest. Dicere autem hoc casu accidisse, prorsus ineptum fuerit. Miror proinde lapsum acutissimi *Spinoza*, quod sibi proposuerit Grammaticam Geometrica methodo conscribere, (uti supra monuimus) in qua dialectos nonnullas explanare, & simul inspirationem punctorum funditus destruere voluit. Sic dormitat hic bonus *Homerus*: Stipulas sane & pulverem pyrium igni apposuisset. Utinam & hoc *Capellus*, uterque *Vossius* &c. confiderassent, & adhuc amplecterentur isti, qui tenebras amant, longe aliter sine dubio de hac veritate judicassent, & judicarent!

§. IV.

Præter enarratas utilitates adhuc duæ nobis ex dialectis enascuntur, quæ ambæ historiam Autorum atque librorum sacrorum concernunt. Et *Tertia* quidem est, quod hac ratione de patria & habitatione Autorum, si non quoad locum specialem & apodictice, tamen quoad tribum & probabiliter judicare possimus. Exempli loco sit nobis *Hoseas*, cujus patriam & locum habitationis descriptum non reperimus, quoniam tamen sæpissime ipsum dialecto tribu Judæ uti deprehendimus (quod suo patebit loco), exinde quis haud inepte concluderit, ex hac tribu *Hoseam* vel oriundum vel saltem in illa habitasse & assidue versatum esse. Quanquam, si quis curiosarum conjecturarum æstimator esse nolit, non admodum pertinax sim in his obrudendis, mihi tamen licebit omnia hic conquirere, ad quæ usus dialectorum quocunque modo spectet.

§. V.

Quarta denique utilitas etiam historica est, & in hoc consistit, quod ex hoc fundamento librorum auctores prorsus ignotos conjectura quodammodo assequi possimus. Sic quisnam libros *Paralipomenon* scripserit, ignoramus; *Talmudistæ* tamen omnibus libris Auctores suos assignarunt, & horum *Esdram* Auctorem (licet tantum ex parte) constituunt. Placet integrum eorum locum hic producere, quoniam sæpius in hac dissertatione ad istum provocamus; Ita autem disquirunt: ומי כתבן משה כתב ספרו ופרשת כלעם ואיורב יהושע כתב ספרו

Vid Bava
bathra, c.
x. f. 14. c. 2

ספרו ושמונה פסוקים שכתורה שמואל כתב ספרו וספר
 שופטים ודוד כתב ספרו שהוא תהלים ע"י עשרה
 זקנים ואלו הן אדם הראשון ומלכי צדק ואברהם ומשה והימן
 וירוחן ואסף ושלשה בני קרח ירמיהו כתב ספרו וספר
 מלכיות ומגילת קינות חזקיהו וסיעתו כתבו ישעיהו
 משלי שיר השירים וקהלת אנשי כנסת הגדולה כתבו
 יחזקאל ותרי עשר נביאים ודניאל ואחשורוש עזרא
 ; h. e. *Sed quis-*
nam scripsit istos (libros biblicos) ? Moses scripsit librum suum , &
fectionem de Bileamo (alii vocant ברוך Num. XII. lqq.) & librum
Hiobi. Josua scripsit librum suum & octo versiculos in lege (nempe
ultimos Deut. xxx iv, 5. lqq.) Samuel scripsit librum suum & li-
bros Judicum & Ruth. David scripsit librum suum , qui est Psalmo-
rum , per decem seniores , qui sunt sequentes : Adam primus (ad dif-
ferentiam nominis appellativi sic vocant.] Melchisedec , Abra-
ham , Moses , Heman , Jeduthum , Asaph , & tres filii Corah. Jeremi-
as scripsit librum suum & librum Regum & volumen lamentationum.
Hiskias ejusque societas scripserunt (i. e. compegerunt scripta)
Jesaiam , Proverbia , Cantic. Canticorum & Cohelet. Viri Synagoga
magna scripserunt (i. e. collegerunt scripta) Ezechielem , &
duodecim Prophetas , Danielem , Abasverum (i. e. librum Esther)
Esdram scripsit librum suum , & Genealogiam in libris chronicorum us-
que ad se &c. Horum pronuntiatis quamvis omnibus consen-
 tire non possumus, tamdiu tamen ipsorum & quidem antiqui-
 orum traditionem retinere licebit, donec difficultates aliud
 svadeant: Judæis enim antiquioribus credita sunt λόγια τῶ
 Θεῶ, uti Paulus affirmat, Rom. III, 2. hinc illi in historia Bi-
 blica (licet non in reliqua) plus fidei merentur, quam alii.
 Statuunt itaque Esdram Autorem Chronicorum esse, tan-
 tum ad suam usque genealogiam; Sed verosimilius est, ipsum
 omnia, quæ ante ejus tempora istoque vivente acciderunt,
 ibi consignasse, & reliqua v. g. genealogia post Eldram, ab
 alio, quicumque sit, Θεοπνευστῶ addita demum esse. Cum
 quo mire stylus conspirat, qui dialectis tribus Judæe subinde
 mixtus est, (uti patebit,) mallempque proinde hunc Autorem
 agno-

AK II 6 153

In præf. in
Jotuan.

agnoscere, quam ullum alium; siquidem eruditiores in captivitate Babylonica linguæ sanctæ curam habuisse maximam dubitari non potest. Et talia plurima conjectari possent de libris Josuæ, Judicum, Samuelis & Regum, præcipue si *Seder Olam* conferre, vel eruditissimi *Abarbanelis* judicia penitare vellemus quod suo loco non omitemus; Sed id jam non agimus destinato consilio, ac proinde unicuique libertatem sentiendi relinquentes, ad specialiora & utiliora nunc pergeremus, nisi chartæ angustia & commodior tractandi ratio, hic finem imponere juberet. Quapropter Patriluminum, a quo *πᾶσα δόσις ἀγαθῆ* descendit, humillimas laudes decanto, quod mihi, inutileservo, in hac *προσῳδία* gratiosissime adfistere voluerit, ipsumque devote veneror, velit & in sequentibus meditationibus oculos mentis illuminare, ut puram veritatem in ipsius gloriam non solum cognoscere, sed & sincere Lecto-ribus proponere possim. Cæterum, si cognoverimus, Lectori B. hunc nostrum conatum placere, non deerimus, quin & alteram *sectionem*, quæ imprimis dialecto tribuum *Juda, Benjamin & Ephraim*, temporibus non neglectis, sistet, proxime communicemus, *εἰν ὁ κ' ἰσθ' Ἑβραϊσθ*, cui omnes tam candidos quam lividos L.L. decenti voto commendamus!



Ἑβραϊσθ.

- I. Verba Ps. L. 18. **וְאִתּוֹ יָבֵן הַדֵּיב עִמּוֹ וְגו'** *Luhe- rus bene vertit: Wenn du einen Dieb siehest, so läuffest du mit ihm &c.*
- II. *Omnis amphibolia (in re seria) legibus socialitatis contrariatur.*
- III. *Animalia quæcunque certos rationis gradus possidere, conceptusque suos invicem communicare, probabile est.*

o

X 2485873

911





Qk. 531, II.

כחנ

B. M. II.

Π b
153

שפח שח

שח

D E

DIALECTIS EBRÆORUM

PURIS,
DISSERTATIO I. GENERALIS,

Quam
Indultu Amplissimi Ordinis Philosophici,
in Academia Lipsiensi,

Ad D. XVI. April. A. C. MDCCXII.

ulteriori *συμφιλογέντων δοκιμασία*
subjicit

M. JOHANN. DANIEL KIESLING,

GRAIZ, VARISC.

RESPONDENTE

JO. GEORG. BAUSE, ERNSTRODA-THURING.

SS. Theol. Stud.

H. L. Q. C.

L I P S I Æ ,

Literis BRANDENBURGERIANIS.

